



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Gabrielis Navdæi Parisini Pentas Quæstionum
latro-philologicarum**

Naudé, Gabriel

Genevæ, M. DC. XLVII.

Præstanti Viro Gabr. Navdæo, Eminentissimi Cardinalis Mazarini
Bibliothecario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70696](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70696)



Præstanti Viro

GABR. NAVDÆO,

EMINENTISSIMI

CARDINALIS MAZARINI

Bibliothecario.

NAVDÆVM, Aonia decus corona
Iam pridem sibi vendicans Apollo
Permisse Domino potentiori,
Mutuum IULIADÆ fauens Apollo,
Rerum sed nimis immemor suarum,
Addictum sibi primulis ab annis
Qui scripturus erat Genij libellos
Plenos eximij, nec astimandos,
Concessit nimium fauens Apollo
Vexandis procul hinc & hinc libellis,
Ut dives, pretiosiorque gazis
Quas vel Gallia, Roma vel superba
Squallenti gravidas coegit auro
IULI Bibliotheca MAZARINI
Toti cresceret invidenda mundo
NAVDAEI auspicijs, & apparatus,
Qui terras ubi curiosus omnes
Lustravit vigil, improbo labore,
Phœbus quas oriens cadensque lustrat,
Si totas epibus replere thecas
Aductis nequeat, suis replebis.

A. M.

* iij